



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Joannis Pierii Valeriani Bellunensis Hieroglyphica, Sive De
Sacris Ægyptiorum Aliarumque Gentium Literis,
Commentariorum Libri LVIII**

Valeriano, Pierio

[Lipsiae] ; Francofurti Ad Moenum, 1678

De Accipitre.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14259

JOANNIS PIERII VALERIANI
HIEROGLYPHICORUM
LIBER XXI.

DE IIS QUÆ PER ACCIPITREM
SIGNIFICANTUR

Ex Sacris Ægyptiorum literis.

AD JACOBUM SADOLETUM VIRUM PRÆSTANTISSIMUM.

Commentaria de sacris Ægyptiorum literis, quæ aliquot abhinc annis inter varias occupationes, quæ studiorum meorum cursum sapius interrumpere, conscripserim, prout ab amicis, modo hoc, modo illo postebantur, ita sua singulis distribuere consuevi: toto enim hac lucubratio ad eorum suorum obsequium accommodata. Inter hæc tamen, cum Accipitrem pleriq; à me extorquere contendissent, impetrare minime potuerunt, quod eum, honoratiss. Pater, præcipuum mei erga te cultus & obsequii argumentum esse constitueram. Memor enim tuorum erga me meritorum neq; non humanitatis beneficentia, quæ me totiens duro meo tempore liberalissime prosecutus es, id semper in animum incidit meum, ut quando nullam tibi beneficiis gratiam referre possim, quantum saltem tibi deberem, apud omnes ingenue profiterer. Accipitri itaq; meo id præcipue mandavi, ut quaqua iter arripere, quaque expiatione retur, si modo probante Deo volatum auspiciatus esset, Sadoleti merita, merita locorum ubiq; meo nomine predicaret: neque tamen magni se effecisse aliquid arbitraretur, si doctrinam hominis in unoquoq; plurimarum genere absolutissimam, si summum ingenium, si beatissimam ejusdem eloquentiam attestaretur (non enim nostra hac indigent prædicatione, quæ sua se vi, per universum jam terrarum orbem immortali cum laude divulgavit: nomenq; nullo unquam tempore, inter mortuorum sibi ipsa peperere) sed in quadam admirabili patet, nulli quippe parem in eruditione tanta humanitatem, nulli in amicitia aule nostra consiliis castiores mores, nulli manus ad promerendum promptiores, nulli ad amicum quorumcumq; res juandas, officia præsentioni. Natos è literatis hominibus plerosq; sibi, natos alibi patria, domesticive suis, alios ita huic vel illi, ut per factiones etiam reliquos infecerent: Sadoletum unum ad totius humani generis commoditatem huic sæculo ab immortalis Deo datum. Hæc secum attuleris est Accipiter noster, quem pro testimonio operis ipsa tua omnibus cognitissima subsequantur, neque non omnium, quosquæ ætate nostra viri probi sunt, susclamatio consensu mirifico repetita. Sed enim tu, qui ut licentissimus es, ita etiam humanissimus, cum hæc leges, puta te Pygmaeorum agmen intueri, quod dormienti Herculi negotium facere conetur, armag, ejus omnia sibi afferere mitteretur, qui tamen si nihil proficere videantur, de ridiculo tamen conatu delectabile possunt spectaculum exhibere. Interim quid Accipiter ex Ægypto attulerit, explicare incipiam.

DE ACCIPITRE. CAP. I.

Accipitris quidem significata multa, & admodum varia sunt, cum ex eo victoria, celeritas, aer, sacerdotium, Sol, Deus, Animus, Mars & Venus, & pleraq; alia hieroglyphico schemate ostendantur, quorum causas sigillatim explicare nostri fuerit instituti.

SOL. CAP. II.

Præstantissima autem omnium apud Ægyptios consideratio super Accipitre fuit, ut Sol eum æquipararent, solarisq; vigoris symbolum, hieroglyphicumq; inter volucres omnes constituerent: propterea quod animal esset genitura, ut compererant, fecundissima, eaq; de causa in eo genere recensent, quem Latini Buteonē appellarunt, sive quod re ipsa tres habeat testes, sive quod duos tantæ salacitati sufficere non posse crediderint. Ea nuncupatione Agathociem Siciliæ

Unde Enanthes in fabulosis illis sacris solis id est, apollini tradit, cum Homero. ægyptus respicitur. Communem meretricis, vel scortum profanum,